

detestanda obtinere facio proximi plerisque, in locis elo
quia diuina testantur. Unde est illud. Detrahen
te aduersus proximum suum occidit. hunc persequer.
Et illud. Qui detrahit fratrem detrahit legem. et terram.
Qui detrahit fratrem eradicabitur. Nec nisi illud apostoli
pauli. Videte ne dum inuicem mordetis ab inuicem
consumamini. **IRADICIT** ;

Que erga te aguntur equanimiter ferri non possunt.

Immo hec patienter tolerare peccatum est. quia et si non
est cum magna exaspiratione resistit contra te de
inceps sine mensura cumulantur. **PACIENTIA.**

Si passio redemptoris ad mentem reducit. nichil
tam durum quod non equo animo toleret. Christus enim
ut ait petrus passus est pro nobis uobis relinquens
exemplum ut sequamini uestigia eius. Ipse autem dixit.
Si patrem familias belzebub uocauerunt. quan
tomagis domesticos eius. Sime persecuti sunt.
et uos persequentur. Sed in comparatione passionum
illius que patimur. Ille alapas. sputa. flagella
spineamque coronam. crucemque sustinuit. et nos mise
ri ad nostram confusionem uno uerbo deicimus. Et quod
agnus de eo quod dicitur. si non compatimur nec conregna
bimus. Quia propter retundendi sunt irae stimuli
et eius metuenda damnatio. Unde scriptum legitur.
Qui irascitur fratri suo. reus erit iudicio. Qui autem
dixerit fratri suo racha reus erit concilio. Qui autem
dixerit fatue reus erit gehenne ignis. Vbi
tam remedium inuenitur. ex eo quod subditur. Si offeris